

C o r o n a S a c r a t i s s i m i R o s a r i i B . M . V .

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorum caeli et terrae. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominicum nostrum : qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus : descendit ad inferos ; tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad caelos ; sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis : inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo in spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen.

Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem : sed libera nos a malo. Amen.

Ave, Maria, gratia plena; Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper : et in saecula saeculorum. Amen.

Notris, O Jesu, debitis indulge erue nos ab ignibus inferni. Coelique portas universis pande miseris praesertim. Amen.

Salve Regína, Mater misericórdiæ, vita, dulcédo, et spes nostra, salve. Ad te clamámus éxsules filii Hevæ. Ad te suspirámus geméntes et flentes in hac lacrymárum valle. Eia ergo, advocáta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte. Et Jesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exsílum osténde. O clemens, O pia, O dulcis Virgo María.

V. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Deus, cujus Unigenitus per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salutis aeternae praemia comparavit : concede, quaesumus ; ut, haec mysteria sacratissimo beatæ Mariæ Virginis Rosario recolentes, et imitemur quod continent, et quod promittunt, assequamur. Per eundem Dominum. Amen.

In primo mysterio gaudio

Annunciatio Beatæ Mariæ Virginis contemplatur et humilitas petitur.

In secundo mysterio gaudio

Visitatio Beatæ Mariæ Virginis contemplatur et amor fratrum petitur.

In tertio mysterio gaudio

Nativitas Domini nostri Jesu Christi contemplatur et amor paupertatis petitur.

In quarto mysterio gaudio

Presentatio Domini nostri Jesu Christi in Templo contemplatur et obedientia petitur.

In quinto mysterio gaudio

Inventio Domini nostri Jesu Christi in Templo contemplatur et voluntas inquire Deum petitur.

In primo mysterio doloroso

Oratio et agonia Domini nostri Jesu Christi in horto contemplatur et contritio pro peccatis nostris petitur.

In secundo mysterio doloroso

Flagellatio Domini nostri Jesu Christi contemplatur et mortificatio corporum nostrorum petitur.

In tertio mysterio doloroso

Coronatio spinis Domini nostri Jesu Christi contemplatur et gratia mortificandi superbiam petitur.

In quarto mysterio doloroso

Portatio crucis a Domino nostro Jesu Christo contemplatur et patientia in tribulatione petitur.

In quinto mysterio doloroso

Crucifixio Domini nostri Jesu Christi contemplatur et donum suiipsius ad redemptionem animarum petitur.

In primo mysterio glorioso

Resurrectio Domini nostri Jesu Christi a mortuis contemplatur et incrementum fidei petitur.

In secundo mysterio glorioso

Ascensio Domini nostri Jesu Christi contemplatur et desiderium supernorum petitur.

In tertio mysterio glorioso

Missio Spiritus Sancti discipulis contemplatur et zelus animarum petitur.

In quarto mysterio glorioso

Assumptio Beatæ Mariæ Virginis in cœlum contemplatur et gratia bene moriendi petitur.

In quinto mysterio glorioso

Coronatio Beatæ Mariæ Virginis in cœlo contemplatur et fiducia in Maria Regina nostra petitur.